Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uinor. et qui preesse
est sicut ministrator.
Nam quis maior est
qui recumbit an qui
ministrat? Nonne
qui recumbit? Ego
autem in medio vestri
sum sicut qui minis-
trat. Vos autem estis
qui permansistis mecum
in temptationibus meis
Et ego dispono uobis
sicut disposuit michi
pater meus regnum
ut edatis et bibatis sup-
mensam meam in regno
meo et sedeatis super
thronos duodecim iu-
dicantes duodecim tri

bus. Ait autem dominus
Symon Symon ecce
satanas expetiuit
vos ut cribraret sicut
triticum. Ego autem
rogauit pro te ut non
deficiat fides tua. Et
tu aliquando conuersus
confirma fratres tuos.
Qui dixit ei. Domine
tecum paratus sum et
in carcerem et in mortem
re. Et ille dixit. Dico
tibi petre. non cantabit
hodie gallus donec
ter abneges nosse me.
Et dixit eis. Quando
misi uos sine sacculo
et pera et calciamentis.